

A. Latein-Deutsch

1. Informieren Sie sich über Seneca und die *Consolatio ad Marciam*.

Wenn Sie den Text schon einmal gelesen haben: Überlegen Sie, woran Sie sich noch erinnern: Um wen und was geht es? Wer ist Marcia, warum wird sie getröstet, mit welchen Argumenten?

2. Übersetzen Sie die folgende Passage schriftlich. Analysieren Sie das Lateinische gründlich (Kasus, Tempus, Modus, Syntax – was ist warum verwendet?), übersetzen Sie sorgfältig. Lernen Sie alle Vokabeln (in das Langzeitgedächtnis ...). – Heben Sie Ihre Übersetzung bitte auf, nächste Woche gibt es Fragen dazu.

Adulescens statura, pulchritudine, certo corporis robore castris natus militiam recusavit, ne a te discederet. Computa, Marcia, quam raro liberos uideant, quae in diuersis domibus habitant; cogita tot illos perire annos matribus et per sollicitudinem exigi, quibus filios in exercitu habent: scies multum patuisse hoc tempus, ex quo nil perdidisti. Numquam e conspectu tuo recessit; sub oculis tuis studia formavit excellentis ingeni et aequaturi auum, nisi obstitisset uerecundia, quae multorum profectus silentio pressit. Adulescens rarissimae formae in tam magna feminarum turba uiros corruptentium nullius se spei praebuit, et cum quarundam usque ad temptandum peruenisset improbitas, erubuit quasi peccasset, quod placuerat. Hac sanctitate morum effecit, ut puer admodum dignus sacerdotio uideretur, materna sine dubio suffragatione, sed ne mater quidem nisi pro bono candidato ualisset. Harum contemplatione uirtutum filium gere quasi sinu! Nunc ille tibi magis uacat, nunc nihil habet, quo auocetur; numquam tibi sollicitudini, numquam maerori erit. Quod unum ex tam bono filio poteras dolere, doluisti; cetera, exempta casibus, plena uoluptatis sunt, si modo uti filio scis, si modo quid in illo pretiosissimum fuerit intellegis.

B. Deutsch-Latein

1. Wiederholen Sie: Orts- und Richtungsangaben (Akk. – Abl. – Präpositionen)
2. Wiederholen Sie: Infinitiv im AcI: Zeitverhältnis – Inf. Aktiv / Passiv – Reflexivität
Analysieren Sie die folgende Passage gründlich (ganz gründlich – und noch gründlicher !), bestimmen Sie jede Form und erklären Sie, warum Sie verwendet ist.
4. Übersetzen Sie schriftlich; stellen Sie sich genau vor, was passiert (wer ist wann wo?).
5. Lernen Sie alle Vokabeln/Phrasen/Konstruktionen – auch die unangenehmen kleinen Wörter (inde – undique – procul – item ...). Vergewissern Sie sich, dass Sie in der Deklination bzw. Konjugation der hier vorkommenden Wörter sicher sind.

Ortsnamen im Text: (Schauen Sie am besten mal in einen historischen Atlas ...)

Corfinium – Luceria,ae – Canusium – Brundisium – Alba,ae – Tarracina,ae – Cremona,ae – Dyrrachium

Pompeius his rebus cognitis, quae erant ad Corfinium gestae, Luceria proficiscitur Canusium atque inde Brundisium. Copias undique omnes ex novis dilectibus ad se cogi iubet; servos, pastores armat atque eis equos attribuit; ex his circiter CCC equites conficit. L. Manlius praetor Alba cum cohortibus sex profugit, Rutilius Lupus praetor Tarracina cum tribus; quae procul equitatum Caesaris conspicatae, cui praeerat Vibius Curius, relicto praetore signa ad Curium transferunt atque ad eum transeunt. Item reliquis itineribus nonnullae cohortes in agmen Caesaris, aliae in equites incidunt. Reducitur ad eum depensus ex itinere N. Magius Cremona, praefectus fabrum Cn. Pompei. Quem Caesar ad eum remittit cum mandatis: [...] interesse rei publicae et communis salutis se cum Pompeio colloqui; [...]. His datis mandatis Brundisium cum legionibus VI pervenit, veteranis III et reliquis, quas ex novo dilectu confecerat atque in itinere compleverat; Domitianas enim cohortes protinus a Corfinio in Siciliam miserat. Reperit consules Dyrrachium profectos cum magna parte exercitus, Pompeium remanere Brundisii cum cohortibus viginti;

6. Wiederholen Sie alle Formen von: esse – posse – velle – facere (Akt. und Pass.). Wenn Sie in einer Arbeitsgruppe organisiert sind: Stellen Sie sich gegenseitig Übungen, um die Formen zu trainieren.
7. Deklinieren Sie: (korrigieren Sie sich immer anhand der Grammatik)
omnis rex bonus – magna pars – mors immatura – illa virtus – haec aetas